



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

55 Emptor census plura patitur incommoda considerabilia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

quod proprietas est allibrata, & catastrata ex supra deductis, nec in venditione census ad formam ejusdem constitutionis apponitur pactum, quod vendens teneatur ad onera, sed venditur cum pacto redimendi quodcumque, qui remanet dominus fundi cum utili, & directo dominio, non solvit onera contra naturam contractus nec contra formam constitutionis Pij V. Navarr. in cons. ult. num: 2. lib: 3. par: 2. de censib: quia possessores prædiorum tenentur ad onerum solutionem, l: fin: C: sine cen: vel reliq. Bart. in l: 5⁶ i. in princip: C: de ann: & trib: & Crav. in cons: 145. nu: 21. par: 1. Cum enim nec fructus, nec res transeat in emptorem, nec onus rei, vel fructum debet in illum transire, sed apud venditorem, & possidentem remanere, quia res sequitur possidentem, & onera sequuntur rem, 57 clem: 1. & ibi etiam glo: de cens: l: rescripto, §: sciendum ff: de muner: & honor: & 58 post plures alios, quos citat Cravet. in cons: 217. num: 5. & in terminis censur, ita fuit decisum à Senatu Pedamontano, de anno 1601. attenda præsertim in hoc casu consuetudine, quæ est servanda ex supra deductis.

55 Licet tenentur à communiter accidentibus videatur, quod redditus bonorum stabilium non ascendat, deductis oneribus, ad septem pro centenario, non potest dari certa taxa, quam, nec Papa in dicta constitutione dare voluit, quia fructus bonorum non consistunt in puncto indivisibili, ut supra deduxi, & emptor census plura patitur incommoda contra naturam contractuum, emptionum aliorum bonorum stabilium, quia, & si in maximam labitur neces-

sitatem, non potest pretium census repetere, & licet possit censum alteri personæ vendere, pluries tamen non reperiuntur emptores, vel longè minoris vendere cogitur, & prædiorum pretia, ut experientia docet, ferè semper augentur, ultra alia corporis, & animi commoda, quæ domini prædiorum percipere solent, & venditor quodcumque pecuniam restituere, & censum redimere potest, quæ incommoda maximæ sunt æstimationis, † aded quod propterea pactum de retrovendendo rem minoris valoris efficit, Abb, in cap: ad nostram num: 9. in fin: de empt: & vendi: & quartam, vel ampliorem pretii partem per tale pactum minui, tenet Navar. in c: 17. numer: 248. & Graff. decis: aur: par: 1. lib: 2. c: 1. 7. numer: 2. & est † juri consonum, quod gravatus in vno, in alio releveretur Bar: in l: eum qui numer: 1. ff: de jurejurand.

58 Præmissis igitur † consideratis super fundo valoris mille, annui verò redditus quinquaginta, qui respondeant ad quinque pro centenario poterit imponi census cum pacto de retrovendendo ad rationem septem, quia illa quinque minus valent emptori, qui non emit nisi censum, non autem rei substantiã, ex quo dat minus pro eis, quàm valeant venditori, qui simul habet dominium rei. Card: Tolet in instructisacerd. lib: 5. c. 47. vers. secundo ut sint, circa fin: quia pactum de retrovendendo rem minoris valoris efficit etiam vsq; ad quartam, vel ampliorem partem pretii, ut tenent Navar. & Graff. supracitati, si verò fundus totus non reddit ultra quindecim, non poterit super eo imponi census annuus viginti † quia census, 59 fructus, qui percipiuntur ex prædio,

EXCE-